



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Angela De Fulginio, In Qvo Ostenditur Nobis vera via qua  
possumus sequi vestigia nostri Redemptoris**

**Angela <de Fulginio>**

**Parisiis, 1598**

c. iiiij. De Consideratione quam habuit diuinæ misericordiæ, in eo  
præsertim quod duxerat eam ad faciendam pœnitentiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43716**

septimum ca. viij. 2. viij. 2. ix. pas. 21  
ianus Christi , & habebat eius  
potestatem : & statim facto ser-  
mone deliberaui ei confiteri.  
Confessa igitur sum plenariè de  
peccatis meis,& absoluta. In hac  
autem confessione non sensi  
amorem: sed amaritudinem, ve-  
recundiam & dolorem.

Tertium capitulum ij. passus. De sa-  
tisfactione & adimplectione pœnitentia  
sibi iniunctæ.

**T**ERTIO perseuerabam cōse-  
quenter in satisfactione &  
pœnitentia mihi imposita: & ad-  
huc plena dolore eram sine alia  
consolatione.

Quartum capitulum 4. passus. De con-  
sideratione quam habuit diuinæ mi-  
sericordiæ, in eo præsertim quod du-  
xerat eam ad faciendam pœni-  
tentiam.

**Q**VARTO incepi cōsiderare,  
& recognoscere diuinam  
misericordiam, quæ mihi con-  
cessit gratiam prædictam, & me  
extraxerat de inferno , & hîc in-  
cepi illuminari : & nunc plus

22 Quartum ca. iij. 2. v. 2. vij. passus  
plangebam, & dolebam quām  
prius: & affectabam facere pœ-  
nitentiam arctiorem: quām hīc  
non dico.

Quintum capitulum. v. passus. De  
profunda cognitione quam habuit:  
quia nihil in se præter pecca-  
ta videbat.

**Q**VINTO cum sic essem illumina-  
nata: & nihil in me viderem  
nisi defectus: condemnabam me-  
ipsam: sciens & cognoscens cer-  
tissime, quod digna eram inferno,  
& hīc adhuc recipiebam amarum  
planctum, & intelligatis quod in  
istis passibus prædictis erat mora  
temporis inter vnum, & alterum.  
Semper tamen plangebam, & do-  
lebam cum tristitia: & nihil plus  
dabatur mihi: quamuis aliqualis  
consolatio mihi esset, quòd pore-  
ram plangere: sed erat vna conso-  
lacio amara.